



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 166. Quid fieri possit, si Beneficia permutanda sint inæqualia, vel unus fecerit expensas pro suo beneficio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**



mentio non fiat status Sacerdotalis ad beneficium  
requisiti, putat *Luca* de benef. d. 42. n. II. non ideo  
censeri subreptionem, quando Papa potuit de hoc  
habere generalem scientiam vel cogitationem; U-  
niversaliter tamen verum est, quod acquirens be-  
neficium permutatum debeat habere omnes quali-  
tates ad illud requisitas, quæ autem onera subiri  
debent, dum beneficium simpliciter vacat, etiam  
subiri debent, quando vacat causâ permutationis.  
Vide *Leur.* q. 863.

§. IV. Consanguinitas permutantium non ob- 1103  
stat in permutationibus, quæ fiunt apud Papam,  
neque in his necessariò exprimitur, sed tantùm in il-  
lis, quæ fiunt apud alium, *Luca* d. 40. n. 15. & fufius  
d. 65. n. 5., possuntque videri dicta à n. 1011. Nec  
necessariò exprimi debet inæqualitas ætatis, nam  
sæpe agni moriuntur ante oves, inquit *Luca*. Si au-  
tem omittatur mentio ejus, quod quis super eo titu-  
lo sit ordinatus, *Trid.* Ses. 21. c. 2. de Ref. irritat per-  
mutationem, uti S. Congreg. declaravit apud *Luca*  
d. 41. n. 5., quamvis aliqui defendant valorem actus,  
dummodo permutans antecederet provifus fit de  
alio beneficio æque sufficienti ad congruam susten-  
tationem, uti idem refert n. 6.

Q. 166. Quid fieri possit, si beneficia permu- 1104  
tanda sint inæqualia, vel unus fecerit expensas pro  
suo beneficio. R.

§. I. Si sint inæqualia quoad dignitatem, pote-  
statem, jurisdictionem, est simonia, si inæqualitas  
compensetur per pecuniam vel aliquid temporale,  
quia res purè spiritualis æstimaretur pretio tempo-  
rali; neque hanc simoniam purgare potest autho-  
ritas ullius Superioris, cum sit juris naturalis. Si sint  
inæqualia quoad fructus, *Caj. Nav. Gonz. Delph.*  
*Zerol. VVames. Ventrig. Chok. Less. Diana* p. 9. r. 9.



R. 49. putant Ordinarium posse ex officio & motu proprio, si non antecesserit conventio partium, imponere pensionem pinguiori beneficio pro adæquanda ista inæqualitate, & consentit *Sylv. p. 1. v. beneficium* cas. 4. & 7., si pensio non excedat tertiam partem fructuum, vocatque sententiam communem: sed contradicunt alii communiùs, *Cech. Philarch. Vgol. Suar. Valent. Az. Murg. Rodrig. Garc. Castrop. Corr. Leur.* p. 3. q. 445. n. 2. q. 735. n. 2. q. 827. n. 4., quia beneficia conferri debent sine diminutione: Hinc *Less.* l. 2. c. 34. n. 106. demum rectè remittit ad consuetudinem locorum, sine qua legitime præscripta id non liceat. Putant quidem aliqui cum eodem *Less.* posse priùs permutari beneficia, & postea per novum contractum jura ad proventus, compensando etiam per pecunias excessum pinguiorum proventuum, pro quo citari solet *Cap. Ad quaestiones* de rer. permut., ubi dicitur in permutationibus Ecclesiarum posse refusâ certâ pecuniæ quantitate adjici contractum, quo possessiones inæquales adæquentur, sed adhuc contradicunt *Suar. Castrop. t. 17. d. 3. p. 16. n. 1. Dirb. l. 3. t. 19. à n. 31. Leur. q. 445. n. 2.*, dicentes *Cap. cit.* tantùm loqui de possessionibus merè temporalibus, quæ erant sub dominio temporali Ecclesiarum, non autem de præbendis vel beneficialibus juribus ad proventus, & Ratio est, quia jus ad proventus beneficiales fundatur in beneficio, nec ab hoc, nisi auctoritate Papæ, separari potest, uti habet communissima. Putat quidem etiam *Az.* posse primò permutari beneficia & jura beneficialia, postea autem posse supervenire permutationem fundi feracioris cum minùs ferace, dummodo non præcesserit de hoc pactum, uti refert *Leur. q. 827. n. 3.*, & favere videtur *Chok.* apud *Leur. q. 845. n. 1.*, sed contrà est, nam jura in fundis beneficialibus sunt jura benefi-



beneficialia, quæ à beneficiis separari non possunt absque auctoritate Papæ: poterunt tamen liberè permutari fructus præsentis & futuri, uti & vendi possunt, quia sunt merè temporales & de se omnino separabiles à beneficio ac præbenda, *Suar. Pirh. n. 23.* Vide etiam *Less.* in auct. v. *beneficium cas. 9.*, ubi fusè disputat, quomodo beneficium afferens actu fructus possit sub pensione permutari cum alio afferente fructus tantùm in spe.

§. II. *Gamb. Senis, Az. Chok.* apud *Leur. q. 862.* 1105  
dicunt licitam esse permutationem, cum pacto, ut compermutans refundat expensas in conservationem vel meliorationem beneficii factas, quia est onus beneficium incumbens, sed videri debent dicta n. 1061., quæ hic cum proportione applicanda sunt.

Q. 167. *Quanam præterea pactioes hic licite* 1106  
*sunt, & quomodo circa permutationes possit aliter committi simonia. R.*

§. I. Si permutantes independenter à Superiore absolutè conveniant de pensione, compensatione vel re alia beneficiis extrinseca præstanda, est simonia, si tamen fiat sub conditione, si Superior approbet, & secundùm dicta de resignatione n. 1063. non est illicitum, quia non est permutatio, nec simpliciter pactio, cum eam suspendat conditio: Imò quamvis obligarent se ad non revocandam illam pactioem conditionatam, donec sit præsentata Superiori, ut approbet vel reprobet, probabiliùs putant *Panorm. Silv. Suar. Castrop. Diana, Pirh. Rayn.* de benef. l. 2. s. 1. c. 2. n. 11. *Leur. p. 3. q. 844.* pactum licere & obligare, quia non est per se malum, nec prohibetur ejusmodi tractatus de permutando, sed tantùm permutatio, rati habitio autem futura, sub qua fit conventio, non expectatur ut dispensatio, sed ut ordinaria quædam validatio & impetratio authoritatis.